VOTA, ET MOTIVA A PROCESSV IN CVRIA DOMINI IVSTITIÆ ARAGONVM, ET SCRIVANIÆ IOANNIS MICHAELIS

de Samper habito, actitato, & existente intitulato Processus Elisabetis de Fuertes, super Apprehensione in articulo litispendentiæ.

IN PROCESSV, & causa in Curia domini Iustitiæ Aragonum habito, & actitato, Intitulato Processus Elisabetis de Fuertes domicellæ habitatricis ciuitatis Cęsaraugustæ, super Apprehensione. Interuenientibus in Camera Consilij eiusdem Curiæ Illustrissimo domino don Luca Perez Manrique milite Maiestatis domini nostri Regis Consiliario, ac Iustitia Aragonum, & Illustribus dominis Ioanne Sãz de Armora, Ferdinando de Azcon, Gaspare Lupertio Tarazona, & Vincentio de Hortigas, eius Locumtenentibus Ordinarijs, & Doctore Petro Cortès Locumtenēte extraordinario in locum Illustris domini Ioannis Francisci Iubero, etiam Locumtenentis Ordinarij dicti domini Iustitiæ Aragonum pro suspecto dati, & declarati in causa ipsa existenteq; dicto, & præintitulato processu indeliberatione super sententia diffinitiua in eodem ferenda. QVATVOR ex dictis dominis Locumtenentibus fuerunt Voti, & opinionis, quod tenetur, & debet pronuntiare, & in bonis primo loco in fine Appellitus præsentis Apprehensionis confrontatis mandare fieri contenta in propositione Iuratorum Concilij, & Vniuersitatis Loci de Muniessa Princ. Lupertij de Alcaina Proc. & sine præiuditio eorum in eisdem bonis contenta in propositione Egregiorum don Martini de Bardaxi, & domnæ Annæ Martinez de Marzilla coniugum, Comitum de Castelflorit Princ. Francisci Arbus Procurat. pro viduitate dictæ egregiæ domnæ Annæ Martinez de Marzilla, temporis quo extitit vidua domni Ioannis de Torrellas eius primi viri, tantum, & sine pręiuditio dictorum omnium quorum propositiones recipiuntur contenta in propositione dñi Ludouici Sanchez & Torrellas, Princ. Petri Tormon Procuratoris, in eisdemmet bonis, primo loco in fine dicti appellitus confrontatis, & in bonis secundo loco in fine eiusdem appellitus præsentis Apprehensionis confrontatis, contenta in propositione Illustrisis domni Michaelis de Gurrea & Sanchez, Marchionis de Nauarrēs principalis Didaci Pilares, Francisci Beruegal, & Didaci Antonij Antin Proc. pręstita prius per partes cautione forali cęteris propositionibus reiectis, & repulsis reseruatis iuribus reseruari supplicantibus, neutram partium in expensis, condemnando cætera supplicata locum non habere. EX eo, & alias in bonis secundo loco in fine appellitus præsentis Aprehensionis cōfrontatis recipitur propositio dicti Illust.

A domn

domni Michaelis de Gurrea & Sanchez, Marchionis de Nauarrens, principalis dictorum Didaci Pilares, Francisci Berbegal, & Didaci Antonij Antin procurator. quia constat de legitimo iure, & inclusione dicti Illustr. Marchionis domni Michaelis de Gurrea & Sanchez, apparet si quidem Grabielem Sanchez à quo ius & causam habere dignóscitur dictus Marchio tempore constitutionis maioratus, & fidei commissi instituti in suo testamento, & antea dominum, & possessorem fuisse bonorum in præsenti processu Apprehensorum, & secundo loco in fine appellitus præsentis Apprehensionis confrontatorum, & specificatorum, & ex eis in suo testamento perpetuum ac indiuisibilem constituisse maioratum (cum delatione nominis, & armorũ de Sanchez, & in cassu contrauentionis ammissione successionis dictorum bonorum, & vocationis successionis ab ipso testatore designati) in fauorem suorum filiorum, & descendentium masculorum ac omnium aliorum in eo vocatorum, cum vocationibus, & clasulis in eo adiectis, & contentis, Primo enim loco vocauit Ludouicum Sanchez eius filium primo genitum, & post eum filium masculum ipsius viuentem, & post eum descendentes ipsius de vno in alium de maiori in maiorem ordine geniture seruato, dũ tamen essent masculi legitimi, & de legimo matrimonio procreati, & non legitimati, & secundo loco indefectum dicti Ludouici Sanchez, & non remanentibus, ex eo, & domna Maria de Toledo eius futura vxore filio aut nepote, remanentibus tamen vna vel pluribus filiabus dictorum Ludouici, & domnæ Mariæ, voluit vnam ex illis scilicet maiorem succedere in dicto maioratu, pacto & vinculo adiectis, quod filius masculus maior dictæ filiæ succedere deberet assumendo nomen, & arma de Sanchez, prout in dicto testamento continebatur, & quod deinceps non posint succedere in dicto maioratu nisi masculi, & non fæminæ, vt colligitur ex verbis clausulæ, 4. ex illis scilicet. *Y en defecto del dicho mi fijo Luys, y no quedãdo del, y de la dicha doña Maria su esposa, y muger futura, fijo varon, ni fijo de su fijo, y quedarẽ vna, ò muchas fijas del, ò della: quiero, ordeno, y mando, que la fija mayor que quedarà, despues de sus dias suceda en todo el dicho mayorazgo, è bienes vinculados, con tal pacto, è condicion, que el fijo mayor que abrà la dicha su fija, aya de suceder en el dicho mayorazgo, è bienes vinculados, tomando mi apellido, y armas segun aqui se contiene, y de alli adelante no puedan suceder en el dicho Mayorazgo sino varones, y no hembras.* Qua quidem substitutione sic se habente, testatore mortuo relictis filijs Ludouico primogenito, & Gabriele secundogenito, successit Ludouicus, qui ex dicta sua vxore domna Maria de Toledo procreauit in filios Antonium Gabrielem Ludouicum, & Mariam Sanchez, defunctisq; sine filijs Ludouico, & Antonio Gabriele, euenit cassus substitutionis domnæ Mariæ Sanchez neptis testatoris Gabrielis quæ ex domno Ioanne de Torrellas, eius viro procreauit domnum Martinum primogenitum, & domnum Ludouicum secundogenitum, eaq; defuncta in vim prædictæ substitutionis successit in dicto Maioratu dõnus Martinus primogenitus, sibi suisq; descendentibus lineam primogenituræ constituens, qua stante, exclussus remansit domnus Ludouicus constituens lineam secundigeniti, sibi, & omnibus suis descendentibus masculis, domnus Martinus qui suscepit in filios domnum Ioannem primogenitum, & domnam Annam, matrem don Michaelis Sanchez de Gurrea Marchionis de Nauarrens, qui per obitum domni Ioannis sine filijs masculis, vti descendens masculus ex domno Martino eius auo in cuius linea intrauit successio, & tanquam proximior in gradu domni Ioannis vltimi possessoris vocatus videtur ad successionem præsentis Maioratus, nõ obstante existentia domni Ludouici Sanchez, & domni Ioannis Bernardini Sanchez filij, & nepotis respectiue, don Ludouici de Torrellas filij secundigeniti domnæ Mariæ Sanchez, allegantium, dictum Marchionem licet masculum esse tamen ex fæmina descendentem, & sic tanquam ex radice infecta in capacem ad succeden-

dum

dum,cum ſępius repetita clauſula maſculi nitatis in præcedentibus, & ſequentibus ſubſtitutionibus dicti maioratus efficere videatur, vt maſculi, ex maſculis tantum, non vero maſculi, ex fæminis inuitentur, licet enim à Doctoribus valde controuer ſum ſit,an filiorum maſculorum Appellatione in maioratibus comprehendantur maſculi ex fæmina deſcendentes,alijs nõ comprehendi aliis vero cõprehendi exiſtimãtibus, alijs ex proprietate ſermonis, alijs vero non ex proprietate, ſed per interpretationem venire atteſtantibus,veritas tamẽ communis ac receptiſsima doctorum ſententia eſt, filiorum maſculorũ appellatione proprie, ac vere maſculos ex fæminis comprehendi maxime vbi ſtamus cartæ prout in noſtro Regno, & in maioratu in quo inſtituens non habuit rationem conſeruandæ agnationis, præſertim in clauſula vocationis filiæ maioris Ludouici ſuperius relata, in qua nulla agnationis ratio conſiderari poteſt, non expreſſa cum ſcripta non reperiatur, & non ſit præſumenda in dubio, nec deducatur ex coniecturis neceſſarijs cogentibus animum ad eam introducendam & ſic in noſtro Regno Aragonum vbi ſtatur cartæ, non inducitur ex leuibus & æquiuocis coniecturis,& quæ haberi ſe poſſunt adeſſe,& non eſſe,prout ſunt, perpenſæ conſiderate pro parte don Ludouici Sanchez, & domni Ioannis Bernardini Sanchez, ſcilicet vnio bonorum, perpetuitas prohibitio alienationis, delatio bonorum de maiori in maiorem, ordo primogenituræ dotatio neptum teſtatoris ex filijs tantũ, qualitates maſculinitatis, & legitjmitatis ſæpius repetitæ, excluſsio religioſorum, delatio nominis, & armorum per modum regulæ, cum amiſsione bonorum in caſſu inobedientiæ voluntatis, quas omnes fragiles,& æquiuocas in præſentiarum arbitramur cũ æque adaptentur maſculis ex maſculis & maſculis ex fæminis &ſic nõ valẽt, vt à propoſita ſententia diſcedamus, qua cõſtanter affirmamus in hoc maioratu agnationem minime fuiſſe conſideratam ex multis quę ex litera deducuntur abortentibus talem conſeruationem agnationis,primo namque apparet in tertia ſubſtitutione contenta in clauſula quarta incipiẽte. *Y en defecto del dicho mi fijo Luys*, vocatã fuiſſe filiã maiorẽ eiuſdẽ, & dõnæ Mariæ de Toledo ſuæ futuræ ſponſæ, eaq; deficiente filium ipſius maiorem maſculum,ergo non ſolum non fuit habita ratio agnationis,verum, & expreſſe diſpoſitum videtur, quod maioratus is ad cognatos eſſet deferendus. Illud enim conſtantiſsimum eſt in iure, quod vbi fæmina inter medias ſubſtitutiones, & eius filij, & deſcendentes maſculi vocantur diſponentẽ minime habuiſſe rationem conſeruandæ agnationis, cum ea per eaſdem non conſeruetur, imo penitus extinguatur, cum vulgare ſit fæminas eſſe finem agnationis, & principium cognationis. Secũdo,id fortius procedit ſi perpendamus teſtatorem habentem duos filios maſculos Ludouicum,& Grabielem indefectum Ludouici & ſuorum filiorum, ac deſcendentiũ maſculorum prætuliſſe filiam maiorem dicti Ludouici, & domnæ Mariæ de Toledo ipſiuſq; filium maſculum primogenitum Gabrieli filio ſecundogenito teſtatoris,vt colligitur ex quarta ſubſtitutione contenta in clauſula quinta teſtamẽti in illis verbis: *Pero quiero, que ſi no ſe farà el dicho matrimonio,ò no quedara fijo varon, ò fija del,que de qualquier otro matrimonio que el dicho mi fijo fizieſſe,quiero no pueda ſuceder en fija del dicho Luys mi fijo,ſino que endefecto ſuyo del,y deſcendientes por linea maſculina peruengan los dichos bienes en Gabriel Sanchez fijo mio,y de la dicha mi muger*,Ex quibus euidenter colligitur ex dicta prelatione filię maioris Ludouici, & domnæ Mariæ de Toledo excludi rationem cõſeruationis agnationis,neq; obeſſe videtur in clauſula vocationis dictæ filiæ maioris ipſiuſq; filij maſculi primogeniti adfuiſſe illa verba· *Tomando mi Apellido,è armas,ſegun aqui ſe cõtiene*, Ex quibus induci agnationis coniecturam,eam enim fragilem eſſe,quam plurimi teſtantur Doctores, ſicq; in noſtro Regno in ſuficientẽ ad eam inducendam, & illa verba: *Segun aqui ſe contiene*, Referuntur ſecundum rationem recti ſermonis ad illa, clauſulæ ſecundæ,

cundæ: *Y que la tal persona, y sucessor, siempre que fuere varon, aya de dezirse en contractos, y escritura, y en toda otra manera de mi apellido de Sanchez, è fazer mis armas perpetuamente, è si no lo fiziere, quiero que pierda la sucesion de los dichos mis bienes, y que passe en aquel, &c.* Quæ efficatiam, & validitatem prædictæ coniecturæ non mutant, nec augent, cum æque satisfieri possit huic grauamini, & conditioni per masculos descendentes ex fœminis sicut per masculos descendentes ex masculis, quod ita sensisse testatorem arbitramur, dum eandem conditionem adiecit non solum masculis descendentib⁹ ex filiis Ludouico, & Grabiele, sed etiã filio maiori filiæ maioris Ludouici, & dõnæ Mariæ de Toledo, omnes enim possunt ferre nomẽ, & arma de Sanchez. Nec obesse etiã videntur illa verba prędictæ clausulæ quartę: *Y de alli adelante no puedan suceder en el dicho Mayorazgo, sino varones, y no hembras*, Quibus prætendunt domnus Ludouicus, & domnus Ioannes Bernardinus Sanchez vocari masculos ex masculis, & excludi masculos ex fœminis, quia respondetur solum operari exclusionem feminarum non vero masculorum ex eisdem descẽdentium, prudenti enim consilio fuit vsus testator præueniẽs, ne eo modo quo inuitauit filiã maiorẽ dicti Ludouici, & dõnæ Mariæ de Toledo eã preferendo filio Grabieli, alia filia descẽdens ex dicta filia prætenderet preferri debere descẽdentib⁹ masculis ex ea sed quod cognosceret ea quia fœminã exclussam esse; maximè cùm vt superius diximus ex proprietate verbi pręcipue in nostro Regno appellatione masculorũ comprehendi masculos descendentes ex feminis sicq. feminarum exclusio nõ operabitur exclussionem masculorum, ex eisdem descendentium, cum verbum, masculus in Regno vbi stamus cartæ tã cognatos, quam agnatos comprehendat; qualitas enim masculorum duplex est, vna quæ per lineam virilem deriuatur, alia mixta residens in masculo qui descendit ex fœmineo stipite, & nihil prohibet, quod facta in genere masculorum mentione, hæc duæ masculorum species contineantur absq; restrictione ad masculos ex masculis cum restrictio verbi generalis in dicto Regno sit odiosa, & contra cartam, & verba generaliter prolata, sint etiam generaliter intelligenda. Nec obstat don Ludouicum, & don Ioannem Bernardinum Sanchez esse descendentes masculos ex masculo, & concurrere cum masculo ex fœmina sicque præferri debere, quia debet considerari omnium vocationem in tertia substitutione sumpsisse principium à fœmina scilicet filia maiore Ludouici Sanchez, & ex filio eius primogenito domno Martino, in cuius linea intrauit successio, & cum in Marchione resideat prædicta qualitas lineæ preferendus est, quia linea in qua intrauit succesio Maioratus debet omnino vacuari, antequam ad aliã fiat transitus, vt in successoris edicto possessionis bonorum, in quo dum aliquis ex primo capite superest, nullus quod ex secundo capite prouenit admiti valet. Et cũ ex domna Maria Sanchez filia maiori Ludouici duo nati fuerint filij domnus Martinus primogenitus, & domnus Ludouicus secundogenitus, & successerit domnus Martinus, quia primogenitus excluso dõno Ludouico efficiens primam lineam respectũ secundigeniti, deriuatam per gradus in eius filios, & nepotes includens, tanquam caput primæ lineæ se, & suos descendentes, & excludensq; secundam lineam incipientem à secundogenito cum suis descendentibus, atq; ita ipse domnus Martinus cum tota sua linea de maiori in maiorem prælatus dici debet ipsi domno Ludouico, & lineæ suæ descendenti, ita vt quousq; aliquis ex illo masculus de maiori in maiorem repertus fuerit in rerum natura habens alias qualitates à testatore requisitas non poterunt admiti domnus Ludouicus secundogenitus, & descendentes ex eo, & cum Marchio sit masculus maior non religiosus ferensq; nomen, & arma de los Sanchez, ac descendens ex domno Martino, proximusq; domno Ioanni vltimo possessori præferendus est domino Ludouico, & domno Ioanni Bernardino Sanchez filio, & nepoti respectiue dõni Ludouici filij secundi geniti filiæ maioris

ris Ludouici Sanchez, nec dictis domnos Ludouico, & Ioanni Bernardino fauet Marchionem habere cognomen de Sanchez â duabus feminis, domna Maria scilicet pro auia, & domna Anna eius matre. Quia respondetur quod origine inspecto, vt de iure debet inspici, similiter domnus Ludouicus, & domnus Ioannes Bernardinus descendunt á domna Maria, & ex ea & non ex domno Ioanne de Torrellas auo, & proauo respectiuè, susceperunt nomen de Sanchez, atq; ex eo non debet excludi, prerrogatiua lineæ primogeniti domni Martini, in qua intrauit succesio ad exclusionem masculorum transuersalium lineę secundigeniti, præsertim quando testator non habuit considerationem agnationis. sed masculinitatis ad id quod dicitur masculos procedentes ex duabus feminis excludi. Respondetur procedere quando masculi descendunt á duabus feminis vnam post aliam sine interuentione alicuius masculi, at in præsentiarum inter domnam Mariam, & domnam Annam mediauit domnus Martinus filius primogenitus Mariæ filiæ maioris Ludouici cōstituens lineam sibi suisq; descendentibus masculis sicq; in hac succesione primo debet considerari linea in qua intrauit succesio, secundo, gradus, & inter eos qui sunt eiusdem lineę, & gradus sexsus, & negari non potest Marchionem esse in linea domni Martini masculum proximiorem in gradum ipso domno Martino, & eius filio domno Ioanne vltimo possessori sicq; præferri deberi, & si testator voluisset excludere lineam primogeniti filii maioris Ludouici, ex eo quod interueniret aliqua femina intermedia, & faceret transitum ad secundam lineam filij secundigeniti, id expresisset, & cum hoc deficiat nó debet præsumi, imo in defectum filij maioris, & suorum descendentium dictę filię maioris expresse non vocauit filium secūdogenitum, nec descendentes ipsius masculos, vt ex tenore dictæ clausulæ quartæ patet, sed vocationem pretendunt habere in illis verbis: *Y de alli adelante no puedan suceder en el Mayorazgo sino varones, y no hembras*, Quæ vt diximus in maioratibus quorum natura perpetua est, in propria significatione masculi descendentes ex feminis comprehenduntur sicut masculi ex masculis, & licet intētio testatoris fuerit conseruare suam memoriam, & genus hoc idem fieri posse per Marchionem arbitramur, maxime animaduerso magis prædilexisse domnam Mariam eius neptē maiorem ex filio Ludouico, & eius descēdentes masculos, quam Gabrielem secundum testatoris filium & suos descendentes masculos quos omnes postposuit in ordine vocationis, quod considerabile videtur, ad prædilectionem suæ neptis, & ipsius descendentium masculorum, vt sic ita perpensa secunda vocatione filię maioris Ludouici & masculorum ab ea descēdētium videatur, quod in sequentibus gradibus vocatio masculorum includat eos qui fuerint eiusdem qualitatis scilicet ex fæmina, licet ipsa fuerit exclusa, quia fæmina, ita vt quod disposuit respectu dictæ domnæ Mariæ præsumatur voluisse disponere respectu masculorum descendentiū ex ea, & eius filij primogeniti licet essent descendentes mediante alia fæmina & cū prætulerit ipsius filium masculum maiorem, & ex illis verbis: *Y de alli adelante*, Ipsius descendentes masculos non debēt limitari ad vnum vel duos, sed omnes cōprehendere ad exclusionem descendentium ex domno Ludouico filio secundogenito, & illa verba: *No puedan suceder en el dicho mayorazgo, sino varones, y no hembras*, Solum operantur exclusionem fæminarum, quia feminæ, & vocationem inducunt masculorū, quia masculi cum multoties eueniat testatores vocare descendentes filiarum masculorum licet ipsas filias non vocauerint, atendentes forsan masculinum sexsum, & ex eo masculos ex femina idonibres ad conseruandum bona quæ reliquerant quam feminas, & ratione dictæ idoneitatis masculi maiora onera tam publica quam priuata sustinent, quam feminæ, & rectius per eos exequitur voluntas testantium, & ideo maiorem afectionem ad eos habent disponentes cum sexus eorum nobilior sit, quæ omnia æquè conueniunt, & adaptantur descen-

dentibus maſculis ex fæminis, ſicut maſculi ex maſculis, & ideo licet excluſſerit fęminas non tamen maſculos ex eis quia eos vocauit teſtator,non tanquam agnatos aut cognatos, ſed tanquam maſculos, & ſic nil vetat excludi filiam quia fęmina eſt, & admitti nepotem ex filia, quia maſculus,& qui tã maſculus quã ſi ex filio natus eſſet, & formalis ratio excluſionis inſpicienda magis eſt,quam perſona ipſa quę excluditur, non igitur debet noceri Marchioni nepoti domni Martini filij primogeniti in cuius linea intrauit ſucceſsio,quod coniugatur ipſi per filiam,& fæminam. Si modo excluſſionis ratio,quæ in filia locum habuit, nullum, in nepote, locum habeat, durius enim ſane videtur excludi hunc nepotem ex filia,cum ei conueniat, verba diſpoſitionis,cum ſit maſculus,& deſcendens vocatus cenſeri debet, ſicut ſi eſſet nepos ex filio domno Ioanni, cum is non fuiſſet magis deſcendens, nec magis maſculus,quãuis ex maſculo eſſet, & ſic non eſt, cur dictionem, *Maſculos*, ſimpliciter,& generaliter prolatam, & ex ſua natura cõprehendere maſculos omnes, etiam ex fæminis progenitos,reſtringere velimus ad maſculos ex maſculis ſuſceptos, ac ſi ſcriptum,& additum eſſet maſculus ex maſculis, quod quidem non ſolum eſt, diuinare, ſed etiam vim apertam verbis facere, ſi enim teſtator ſic loqui voluiſſet,expreſiſset. Excluſit enim teſtator fæminas non maſculos, dilexit vero maſculos, non fæminas, & conſequenter nihil prohibet, quo minus maſculus (etiam ex fæmina excluſſa) eodem iure cenſeatur quo cæteri maſculi ex maſculis cum non ex perſona matris,ſed ex propria perſona filij vocatum ſe eſſe dicatur. Nec obſtat dicere, quod ſicut in vocationibus Ludouici,& Gabrielis ac eorundem filiorum præſumũtur(eſto quod ita eſſet)vocati maſculi ex maſculis ex illis verbis. *Al hijo mayor varon, y ſus deſcendientes varones de vno en otro*, Ita etiam debere intelligi,in maſculis deſcendentibus ex filia maiori Ludouici,quia talis illatio forſitan haberet locum ſi diſpoſitio fuiſſet facta eiſdẽ forma,& verbis,& concurrente eadem, & non tam diuerſa ratione qualis,& prædilectio filię maioris, & vocationem cognatorum maſculorum deſcendentium ex dicta filia maiore, & vbi eſt talis diuerſitas non poteſt fieri illatio de vno caſu ſubſtitutionis ad alterum, præſertim ſi verba ſunt diuerſa,& generaliora vnius, & alterius ſubſtitutionis prout in preſentiarum,vt ex cõtexſtura clauſularũ patet, nã in vocatione Ludouici dixit teſtator. *Los dichos bienes vinculados vengan en dicho mi fijo Luys Sãchez, y deſpues del en vn fijo maſclo ſuyo ſi viuo ſera, y deſpues del en los deſcendientes de aquel de vno en otro pues ſean maſclos*, & in vocatione filiæ maioris Ludouici ſolũ adiecit, *Que la fija mayor que quedarà deſpues de ſus dias, ſuceda en todo el dicho Mayorazgo è bienes vinclados, con tal pacto è condicion, que el hijo mayor varon que abrà la dicha ſu fija, aya de ſuceder en el dicho mayorazgo, è bienes vinclados, tomando mi apellido, è armas como aqui ſe contiene, y de alli adelante no puedan ſuceder en el dicho Mayorazgo ſino varones, y no hembras*, vt cenſeatur predilectionem quam teſtator habuit ad fauorem filiæ maioris Ludouici, & eius filij maioris habuiſſe ad pro nepotem dictę filiæ maioris, qui eſt Marchio nepos domni Martini filij maioris, in quem fuit radicata ſucceſsio,& in cuius linea ipſe reperitur maſculus, etiam ſi inter fuerit media domna Anna ipſius mater, ad hoc vt comprehendatur in illis verbis: *Y, de alli adelan lante ſucedan varones, y no hembras*, aptis ex ſua generali natura comprehendere omnes maſculos tam ex fæminis quam ex maſculis,nec domno Ludouico, & domno Ioanni Bernardino iuuant verba conditionalia adiecta ad introductionem vocationis filiarum Ludouici,& Gabrielis contentæ in clauſula ſeptima illa ſcilicet: *E faltando lo que Dios no mande todos los dichos mis fijos, è deſcendientes dellos maſclos por linea maſculina, è legitima, quiero, e mando los dichos mis bienes vinclados peruengan en fija de mi fijo Luis Sanchez, ſi alguna abrà viua e en deſcẽdiẽtes del por linea recta de legitimo matrimonio procedient ſeruando orden de genitura prefiriendo los maſclos a las fembras, y faltando los deſcendientes del dicho Luys quiero que venga la ſuceſsion a las fijas del dicho*

cho Gabriel, Quia prædicta verba nō adaptantur cassui præsenti cum solum fuerint adiecta ad vocationem filiarum Ludouici ex alio matrimonio contrahendo quam cū domna Maria de Toledo, quia filiæ dicti matrimonij, maior scilicet, & ipsius descendentes masculi antea remanserunt inuitati in clausula quarta, & antequam vocarentur Gabriel filius secundogenitus, & ipsius descendentes masculi, & sic cum specificā certam, ac propriam habuerint vocationē filia maior Ludouici Sanchez, & domnæ Mariæ de Toledo, & ipsius descendentes masculi non debet ex contentis in hac septima clausula eidem aliquid addi vel minui, & quia in conditione introductionis vocationis Gabrielis ipsa filia fuit possita in conditione ex illis verbis: *Si no se farà el dicho matrimonio, ò no quedarà fijo varon, ò fija de el*, Et cum Marchio sit masculus descendens ex filio maiori dictæ Mariæ filiæ maioris Ludouici, & domnæ Mariæ de Toledo non debent ei officere verba aliarum substitutionum, stante dicta substitutione de per se, & cum suo perfecto esse, nec deniq; obstat Marchionem expresse fuisse exclussum à testatore in clausula octaua vocationis domnæ Alduntiæ eius filię eo quod est filius primogenitus domus de Gurrea, ac successor eiusdem vt ex illis verbis: *Quiero, empero que si la dicha doña Aldonça tendrà dos fijos masclos, ò mas, por quanto el mayor ha de lleuar el apellido, e armas de Gurrea, quiero que sea exclusso de la sucession de los dichos mis bienes vinclados, e quiero que aquellos vengan en el otro fijo menor*, Quia respondetur Marchionem non prætēdere successionem maioratus ex hac clausula, nec se facere, nec dicere descendentem ac successorem domnæ Alduntiæ, sed filiæ maioris Ludouici, & domnæ Mariæ de Toledo, & vti talem vocatum fuisse in clausula quarta vocationis dictæ filię maioris Ludouici, & domnę Mariæ de Toledo cum sit nepos masculus domni Martini filij maioris dictæ filiæ maioris, sicq; eidem nocere non posse cum non sit etiam inconueniens ex duplici causa, & diuersis cassibus habere vocationem, imo si casus vocationis dōnę Alduntiæ staret, attentis cōtentis deductis, & articulatis in processu, minimè censeretur exclussus, quia exclusionis causa à testatore perpensa non fuit odium domus de Gurrea, sed reuerentia & veneratio, nam cū adeo magna esset ipsius amplitudo & dignitas, & testatoris intentio erat conseruare suam memoriam, & genus per delationem nominis, & armorum eidē fuit vissum dominum de Gurrea potuisse nolle ferre, nomen, & arma ipsius, sed tantum de Gurrea, vt ex illis verbis. *Por quāto el mayor ha de lleuar el apellida, e armas de Gurrea*, Timenti amplitudinem, & splendorem illius absorbere suum genus de los Sanchez, & ideo voluit eo in cassu stantibus duobus filijs ex dicta domna Alduntia quod secundogenitus succederet in maioratu, & deferret nomen, & arma de Sanchez, at vero cassu quo solus vnus filius superesset tempore mortis dictæ domnæ Alduntiæ, non obstante, quod esset successor domus de Gurrea eum vocauit ad sui maioratus successionem, & eo in cassu voluntati ipsius relinquendo delationem nominis, & armorum de los Sanchez, simul cum de Gurrea, vt ex illis verbis: *Empero si al tiempo de la muerte de la dicha mi fija, no tendra sino solo vn fijo varō, en tal caso, si aquel querrà juntar, y mezclar mi apellido, e armas con el suyo, quiero que en tal caso pueda suceder en los dichos mis bienes vinclados*, At qui in processu non constat tempore mortis domni Ioannis de Torrellas, per quam defertur successio Marchioni duos extitisse filios domus de Gurrea, nisi solum Marchionem, deferentemq; nomen, & arma de los Sanchez simul cum de Gurrea, ergo idem prædicta testatoris prouisio (esto quod cassus dictæ substitutionis venisset) in præsentiarum nocere, nec excludere, potest, sicq; cum ipse sit masculus, & descendens domni Martini filij maioris dictæ filiæ maioris Ludouici Sanchez, & domnæ Mariæ de Toledo, & nepos ex sorore domini Ioannis de Torrellas vltimi possessoris, sicq; proximior in gradu dicto domno Martino, in cuius linea intrauit, & reperitur successio, ferens nomen, & arma de los Sanchez, & nō religiosus, nec legitimatus, sed de legitimo matrimonio procreatus

ad-

admittendus venit ad huius maioratus sucessionem,& ex consequenti mandare fieri contenta in eius propositione. *IN BONIS* autem in primo loco præsentis appellitus aprehensionis confrontatis specificatis ex designatis, *recipitur propositio* don Ludouici Sanchez princ. Petri Tormon Proc. *Quia constat* Ludouicum Sanchez, & domnam Mariam de Toledo coniuges existentes dominos,& possessores eorundẽ ac habentes in filios Antonium Gabrielem Sanchez, Ludouicum Sanchez,& domnam Mariam Sanchez suum vltimum elogium condidisse,seq; ad inuicem hæredes instituisse, & post eorum mortes substituisse,& vocasse filios suos masculos,& eorum descendentes masculos, ordine primogenituræ seruato,cum pactis vinculis,& conditionibus in testamento ad scriptis, & signanter modis,& formis in clausula quarta adiectis, vt coligitur ex illis verbis: *Y mandamos, que las dichas Villas, Aldeas, y terminos sobredichos vengan en el dicho nuestro hijo Antonio Gabriel Sanchez, y despues en vn hijo suyo masclo si viuo serà, y despues en los descendientes de aquel varones de mayor en menor, seruando el orden de primogenitura, pues sean masclos legitimos, y de legitimo matrimonio procreados, y en defecto del dicho Antonio Gabriel Sanchez y de sus descendẽtes masclos legitimos, y naturales, y de legitimo matrimonio procreados, peruengan los dichos bienes en el dicho Luys Sanchez nuestro hijo y en sus descendientes del masclos legitimos, y de legitimo matrimonio procreados de la forma y manera puestas al dicho Antonio Gabriel Sanchez, y a sus descendientes masclos dellos como dicho es, y en defecto del dicho Luys Sanchez y descendientes suyos masclos como dicho es, suceda en todos los dichos nuestros bienes vinculados el hijo varon nuestro que se fallare mayor al tiempo de nuestra muerte, y sus descendientes masclos legitimos y de legimo matrimonio procreados, de la forma y manera que arriba en los otros hijos nuestros,* Ex quibus colligitur manifeste testatores solos masculos descendentes agnatos vocasse,rationemq; habuisse conseruationis agnationis, quia post quam in vocatione descendentium masculorum Antonij Gabrielis,& eius filij masculi maioris adiectum fuit verbũ, *Varones*, statim addiderunt testatores, *Pues sean masclos*, quę geminatio masculinitatis operatur,ac si diceret masculi,ex masculis,demõstrans disponentium enixam voluntatem ad masculos ex masculis,nam si iam vocati erant descẽdentes masculi, ad quid vsi fuerunt illis verbis: *Pues sean masclos*, quæ vt aliquid operentur ita intelligi, debent, ne otiosa, & superflua sint,& idem denotãtia, & quia testatores non solum vocarunt Antonium Gabrielem primum eorum filium masculũ, & omnes eius descendentes masculos de maiori in minorem ordine genituræ seruato, addentes verba illa, *Pues sean masclos*, sed etiam filios secundo,& tertio loco genitos masculos, omnesq. alios, & omnes suos descendẽtes masculos eodem modo, eisdẽ vinculis,& conditionibus,quib' vocauerunt Antonium Gabrielem,vt colligitur ex illis verbis relatiuis: *De la forma, y manera puestas al dicho Antonio Gabriel Sanchez y a sus descendientes masclos dellos como dicho es*, (*idest*; *pues sean masclos*) iunctis etiam illis: *De la forma, y manera, que arriba se dize en los otros hijos nuestros*, Ex quibus manifeste colligitur maioratum agnatitium constituisse,rationemq. conseruationis agnationis habuisse, & eo, modo quo vocatio Antonij Gabrielis, & suorum descendentium masculorum dum tamen sint masculi,fuit agnatitia ita,& etiam aliorum filiorum,& descendentium eorundem masculorum,vi supradictarum relationum, cũ naturæ ipsarum sit patentis veritatis ex coniunctione duarum scripturarum, quod quidem comprobatur ex verbis conditionalibus vocationis domnæ Mariæ Sãchez filiæ testatorum,illis scilicet: *Y en defecto de todos los dichos nuestros hijos varones, y descendientes dellos por recta linea masculina, queremos, y mandamos, que todos los dichos nuestros bienes por nosotros vinculados vengan en nuestra hija doña Maria Sanchez, y en sus descendientes masclos*, quæ verba, *Por recta linea masculina*, secundum communẽ doctorum censuram idem significant, ac si dicerent indeffectum descendentium masculorum ex masculis,quo in cassu concors do;

doctorum sententia est, agnationem contemplatam fuisse, masculorumque ex masculis vocatos esse, quæ quidem passiua ac conditionalia verba (dato quod actiua vocationum filiorum masculorum, testantium non esset ita clara, & aperta) multum operarentur ad eorum veram intelligentiam, & declarationem voluntatis testantium: Atque cum disponentes in vocatione descendentium masculorum domnæ Mariæ Sanchez adjecerint; illa verba, *vengan en nuestra hija Doña Maria Sanchez, y en sus descẽdientes masclos, y no hembras legitimos, de tal manera, que el hijo mayor varon de la dicha Doña Maria, succeda en todos los dichos bienes vinculados, tomando el apellido y armas de Sanchez, segun, è aqui se contiene: y assi de vno en otro, en sus descendientes varones, como dicho es*, verba enim illa relatiua, *como dicho es*, sunt relatiua & repetitiua; eorumque dicta fuerunt in substitutioni bus Antonij Gabrielis, & Ludouici Sanchez, aliorumque filiorum, & descendentium masculorum eorundem, & declarant mentem testatorum fuisse seruari, deberi in in hac substitutione ea omnia vincula & cõditiones, quas iusserunt seruari in suprascriptis, & præcedentibus substitutionibus, & cum in prædictis filiorum testantium vocarentur masculi ex masculis, ex illis verbis; *descendientes varones de mayor en menor seruando orden de genitura, pues sean masclos*, ita etiam in presenti descendentes filij maiores domnæ Mariæ Sanchez debẽt esse masculi ex masculis, nõ obstante quod fuerit vocata domna Maria Sanchez, quia nõ fuit intermedias substitutiones filiorum testantiũ (prout in testamẽto Gabrielis Sanchez de quo supra) sed eis finitis, & omniũ suorum descendentium masculorum, & eo modo quo potuerunt voluerunt conseruare agnationem artificialem, inter descẽtes masculos, ex domna Maria Sanchez; sicut naturalem inter descendentes masculos suorum omnium filiorum masculorum, & cognati descendentes ex domna Maria, nõ fuerunt vocati, nisi in defectum omnium agnatorum descendentium testatorum. Nec obstat huiusmodi maioratum institutum fuisse à viro, & fæmina simul, sicque verbum masculus comprehendere descendentes ex fæminis, quia fatemur procedere, quando aliter nõ fuit dispositum ab institutoribus Maioratus, prout in præsentiarum vocantibus masculos ex masculis, ex superius perpensis, nec obstat dicere verba illa, *como dicho es*, referri deberi ad delationem nominis, & armorum de los Sanchez, quia natura recti sermonis id non patitur, cum scripta sint post illa: *Y assi de vno en otro sus descendientes varones, como dicho es*, hoc est succedant descendentes masculi de vno in alium dum tamen sint masculi, vt dictũ est, in superioribus filiorum substitutionibus, & ad delationem nominis, & armorum solum referuntur illa verba, *segun aqui se contiene*, immediatè adiecta illis, *tomando el apellido y armas de Sãchez, segun aqui se cõtiene*, idest, in casu contrauentionis, & inobedientię quod amittant maioratum, & in eo succedat sequens in gradu, ab institutoribus vocatus, & sic cum in huiusmodi maioratu fuerit à testatoribus considerata, & habita ratio agnationis ipsiusq; cõseruatio debent, admitti masculi descendentes ex masculis domnæ Mariæ Sanchez, & excludi in eorum concursu descendentes ex fæminis, quia hoc in casu non conueniunt eis considerationes supra adductę, in successione maioratus Gabrielis Sanchez bonorum, secundò loco appellitus apprehensionis cõfrontatorum, & cum Dominus Ludouicus Sanchez sit filius domini Ludouici de Torrellas filij secundigeniti dõnæ Mariæ Sanchez, & Marchio Nauarrensis pronepos ex nepte Domna Anna de Torrellas ei prę ferendus est, cum ex ratione agnationis contemplatæ non possint eidem sufragari prerrogatiuæ lineæ, & gradus domni Martini de Torrellas filij primogeniti Domnæ Mariæ Sanchez. Neque obstat dicere Ludouicum Sanchez, & Domnam Mariam de Toledo instituentes fateri, in testamento Villam de Alacon emisse, ex censualibus per Gabrielem vinculatis, sicque subrrogari, deberi in locum dictorum censualium, & ex consequenti subiji vinculis testamenti Gabrielis, & secundum ea iuditium ferri, deberi; quia respondetur quod licet Ludouicus Sanchez fasus fuit vendidisse censua-

lia vinculata in testamento Gabrielis sui patris, & prætium illorum conuertisse in emptione Villæ de Alcon, non tamen eam emisse nomine, Maioratus, & indubio præsumi, debet nomine suo proprio, & non maioratus cum semper quis præsumatur facere actum, nomine suo proprio, & non alieno, & sic non Villa empta ex prętio censualium subrroganda venit in eorum locum, sed solum prętium, iuxta communem legum, & doctorum censuram; atque in præsentiarum versamur in certo, cum ex eodem testamento constet Villam de Alacō vti propriam, & nomine propio adquisitā fuisse, & nō maioratus Gabrielis patris, sicq; voluisse eam subijci proprijs vinculis, & nō paternis vt colligitur, ex illis verbis. *Y parte son por vincular, como bienes adquiridos despues por nosotros. Por tanto, por el presente nuestro testamento, y vltima voluntad, dezimos, y declaramos, que entre los otros bienes que al dicho nuestro heredero dexamos, son la Villa de Huessa, &c. la Villa de Alacon; los quales dichos, honor, Villas, Aldeas, terminos, y jurisdiccion, dexamos al dicho Antonio Gabriel Sanchez nuestro hijo, con los vinculos, substitutiones, modos, y condiciones siguientes*: scilicet supra inserta, sicque horum bonorum succesio regulāda venit secundum hęc vincula, & non testamenti Gabrielis, nec ob est Domno Ludouico Sanchez esse filium, secundo loco genitū Domni Ludouici de Torrellas, & domnum Ioannem Bernardinum Sanchez filium primogenitum egregij Domni Martini de Bardaxi Comitis de Castel Florit filij primogeniti Domni Ludouici de Torrellas, sicque præferri, deberi, cum succesio deferenda sit de maiori in maiorem, ordine primogenituræ seruato. Quia respondetur duplici iure domnum Ioannem Bernardinum Sanchez petere succesionem huius maioratus, vno excesione, & renuntiatione illius eidem factis per dictum Commitem eius patrem, altero iure proprio; vtroque tamē in sufficienti, quia cum egregio Comiti nullum ius delatū fuerit huius maioratus, per mortem domni Ioannes de Torrellas vltimi eiusdem possessoris, eo quod ex electione, quam fecit maioratus de Bardaxi in vita ipsius Don Ioannis, se fecit in capacē istius, propter incompatibilitatem illorū, ortam ex delatione nominis & armorum de Bardaxi, absque aliqua alia communione, & mixtura, & delatione similiter, nominis, & armorum de Sanchez, cum ammissione bonorum in casu contrauentionis, & inobedientię; ex qua incompatibilitate, in vtroque succedere non poterat, sed ei erat necessarium vnum ommittere, & alium retinere, qua de causa interpellauit; Dominū Ioannem de Torrellas vtriusque possessorem, vt vnum ex eis intra triduum eligeret, & alterum eidem remiteret, vt colligitur ex interpellatione in processu exhibita in illis verbis, *que a lomenos dentro de tres dias, o del tiempo que el fuero y drecho dispone elegirse el mayorazgo del nombre, y armas de Bardaxi, o el del nombre, y armas de Sanchez, pues conforme a dichos vinculos no los podia tener juntos*: iunctis illis, *y entregasse al dicho Don Martin de Bardaxi, Olim de Torrellas, libre y expedito, y desembaraçada la possession de la casa y mayorazgo, que de los arriba dichos dexasse, y que no quisiesse ni pudiesse tener por la incompatibilidad del nombre y armas. Y por quanto por drecho, y fuero, y naturaleza de los mayorazgos incompatibles, y quando a vna persona se le difieren dos mayorazgos incompatibles, por nombre y armas, tiene obligacion inconrinente, o dentro tres dias, despues de requerido de elegir, y no haziendolo pierde la facultad, y passa en el inmediato successor, para que pueda escoger el que quiera de las dos incompatibles, protestādo de dicha incompatibilidad, y de la Mora en no elegir vsaria de la facultad, y elegiria aquel de dichos dos Mayorazgos que le pareciesse, y lleuaria el nombre, y armas que tuuiesse obligacion, conforme el mayorazgo que eligiesse*: ex quibus clare colligitur ius succedendi competisse, egregio Commiti in vno ex dictis maiororatibus eligendo simul, & eodem tempore propter incompatibilitatem, non vero propter contrauentionem Don Ioannes de Torrellas, & eo modo quo Comes elegit maioratum de Bardaxi, poterat, eligere maiotatum de Sāchez: Sicque facta illius electione, impedita fuit obnatiuitas alterius, & orta incapacitas obten-

tentionis dimisſi, quocunq; tempore ſuper ventura, quia ad illius ſucceſsionem pro mortuo naturaliter à iure, & doctoribus reputatur, & ſucceſsio defertur ſequenti in gradu, cum per adeptionem illius maioratus electi cenſeatur, alteri renuntiatũ fuiſſe atq. ita per mortem domni Ioannis de Torrellas nullum ius ſuccedendi in maioratu de Sanchez delatum fuit Commiti, & ex conſequenti nihil tranſtulit, nec potuit in domnum Ioannem Bernardinum eius filium: cum nullus poſsit transferre in alium ius, quod non habet: Quia incontinenti poſt mortem domni Ioannis de Torrellas ex diſpoſitione iuris, fori, & hominis fuit delata ſucceſsio domno Ludouico Sanchez ſequenti in gradu Comitis, ac legitimo ſucceſſori dicti Maioratus Ludouici Sanchez cum ſemper in Commite ad eſſet cauſa exclusionis, incompatibilitas ſcilicet, & dimiſsio illius, quam fecit per electionem maioratus de Bardaxi in vita don Ioannis de Torrellas. Nec ei deferri poterat ſucceſſio dicti maioratus dimiſsi per mortẽ domni Ioannis de Torrellas, ſed delata fuit domno Ludouico Sanchez, tunc proximiori quia primus poſt eum, qui iam excluſſus eſt, vocatur prior, ac dicitur proximior, & cum electione maioratus de Bardaxi excluſſus fuiſſet Commes, à ſucceſsione maioratus de Sanchez, & tunc, & tempore mortis domni Ioannis primus reperiretur poſt eum domnus Ludouicus, prior, & proximior erat in delatione ſucceſsionis, nec ei fuit, nec erat neceſſe interpellare Comitẽ, vt eligeret, cum nõ competiſſet ius ſucceſſionis propter incompatibilitatem ſemper exiſtentem, & electionem prius factam, & inquam perſeuerauit, & voluit, vt colligitur ex verbis renuntiationis, & tranſmiſsionis factæ in fauorem don Ioannis Bernardini, illis ſcilicet: *Que ſu voluntad era continuar, poſſeher, vſſufructuar y gozar la dicha Baronia de Bardaxi*, Nec obſtat dicere ſuperiora procedere, quando eligens maioratum, electum pacifice poſſedit, non vero ſi litigioſſe, & quod Commes, facta electione illius de Bardaxi, fuit mota, & proſequuta lis pacificeq. poſeſsionẽ illius non fuit adeptus quia reſpondetur, tempore electionis ab eodem factæ litigioſſum non fuiſſe dictũ maioratum, & ſi poſt eam eidem fuit mota lis à domno Ioanne de Torrellas illius poſſeſſore, & cui fuit ablatus in ea, in gradu appellationis tam in articulo litiſpendentiæ, quam iurisfirmarum obtinuit Commes, & defuncto domno Ioanne abſq. liberis maſculis legitimis pacifice obtinet illum, cum non ſit, quod ex iure, inſtantia, & actione domni Ioannis litem in articulo proprietatis proſequi valeat, ac etiam, quia imputetur ei ex dictis duobus maioratibus de Bardaxi & Sanchez, eodem tempore ſimul cõpetentibus propter incompatibilitatem vnius, & alterius elegiſſe maioratum ſuper quem fuit orta, lis, valentem eligere pacificum. EX altero iure perſonali ſcilicet dõnus Ioannes Bernardinus Sanchez, minus recte agere videtur quia tempore mortis domni Ioannis de Torrellas eiuſdem poſſeſſoris, & quo deferebatur ſucceſsio, nec natus, nec conceptus erat, & cum dominia rerum, ac voluntates defunctorum, non poſſint ſtare, in ſuſpenſo pendenti nec in aere, & huiuſmodi maioratus ſit abſoluti & reſtitutorij, ſtatim ſequuta morte domni Ioannis de Torrellas eiuſdem vltimi poſſeſſoris diſpoſitio legis, fori, & hominis, detulit eos exiſtenti capaci, illo tẽpore, quodfuit domnus Ludouicus Sanchez licet eſſet, ſecundogenitus domni Ludouici de Torrellas ſui patris, non obſtante exiſtentia eius primogeniti Commitis de Caſtelflorit incapaci propter electionem factam maioratus de Bardaxi, & ſic nullo iure apud eum deferri poterat ſucceſsio, nec exiſtere pænes eum ad commodum, & vtilitatem filij concipiendi, & naſcituri. Nec obeſt domno Ludouico Sanchez non interpellaſſe domnum Martinum Commitem tunc incapacem, nec ſucceſsionem delatam acceptaſſe, quia ei non erat neceſſe, cum lex, forus, & diſpoſitio homines eidem detulerint ſucceſsionem cui non renũtiauit imo acceptauit, & acceptat verbis, & factis offerendo propoſitionem rogans ac petens ſibi reſtitui bona maioratus apprehenſa, dicens ſe poſsidere ea, a die mortis domni Ioannis de Torrellas eo modo quo lex, & forus ei permittunt, Ex quibus omnibus eius pro-

po-

positio recipienda venit, & reijcienda tutoris domni Ioannis Bernardini Sanchez principalis Fancisci de Arbus proc. *Recipitur*, Propositio in bonis primo loco appellitus præsentis apprehensionis confrontatis ægregiorum Committum de Gastelflorit domni Martini de Bardaxi, & domnæ Annæ Martinez de Marzilla coniugũ principalium dicti Francisci de Arbus proc: pro viduitate dictę egregiæ domnæ Annæ Martinez de Marzilla tempore quo extitit vidua domni Ioannis de Torrellas tantum quia constat, tempore contracti matrimonij cum dicto domno Ioanne de Torrellas, & eo durante prędictum domnum Ioannem de Torrellas dominum, & possessorem eorundem fuisse, & existere, & ex consequenti, non obstantibus vinculis supradictis eidem competisse ius foralis viduitatis. Non recipitur vero in bonis secundo loco dicti appellitus præsentis apprehensionis, confrontatis, quia licet constet de dominio, & possessione eorundem dicti don Ioannis de Torrellas constat Gabrielem Sanchez, aquo ius, & causam habebat domnus Ioannes, existentem dominũ, & possessorem eorundem, in suo prædicto testamento prohibuisse viduitatem in eisdem non obstantibus dispositionibus foralibus nissi solum in medietate domorum apprehensarum, dum tamen ea constituerentur in pactis doctalibus, vel testamento, & non constat in eis constitutam fuisse dictæ egregię domnę Annæ Martinez de Marzilla. Recipitur autem propositio iuratorũ Concilij, & Vniuersitatis loci de Muniessa princ. Lupertij de Alcaina proc. in bonis primo loco appellitus præsentis apprehensionis confrontatis, quia constat de legitimo iure, & possessione iurium dictorũ in sua propositione tempore oblatæ appellitus præsentis apprehensionis, suficientibus ad obtinendnm in præsenti processu. Reijciuntur autem propositiones Elisabetis de Fuertes, & Petri Ludouici Gã prin. dictorum Francisci de Arbus, & Francisci Beruegal proc. respectiue, quia licet constet domnum Ioannem de Torrellas tempore confectionis comanda exhibitæ in processu esse possessorem, bonorum apprehensorum, nihilominus, cum ea fuerint subiecta vinculis supra scriptis non potuit dictus don Ioannes de Torrellas super ea hipotecas, & obligationes constituere, & imponere, nec de insolemnitatibus dictorum testamentorum hæsitandum arbitramur, cum nihil eis per partes in specie fuerit oppositum immo contendentes super dominio ad ipsarum inclussionem ea allegarunt, produxerunt, exhibuerunt, & publicarunt, ac ex consequenti approbarunt, & quia vltra temporis antiquitatem in indicialibus controuersiis horum maioratum plura secundum ea fuerunt prolata præiuditia, cæteræ aliæ propositiones reijciuntur & repelluntur, vel quia non probarunt, nec publicarunt, & alias, Attentis contentis. Et vnus ex dictis dominis Locumtenentibus prelibati domini Iustitiæ Aragonum fuit voti, & opinionis, quod debet pronuntiare, & in bonis primo loco in fine appellitus præsentis apprehensionis confrontatis mandare fieri contenta in præpositione oblata pro parte Iuratorum Concilij, & Vniuersitatis loci de Muniessa princ. Lupertij de Alcaina proc. & sine præiuditio eorum in eisdem bonis, contenta in propositione egregiorum don Martini de Bardaxi, & domnæ Annæ Martinez de Marzilla coniugum Commitũ de Castelflorit princ. Francisci de Arbus proc. pro viduitate dictæ egregiæ domnæ Annæ Martinez de Marzilla temporis quæ extitit vidua domni Ioannis de Torrellas eius primi viri, tãtum, & sine præiuditio dictorum omnium quorum propositiones recipiuntur, in omnibus bonis, primo & secundo loco in fine dicti appellitus Aprehensionis confrontatis, contenta in propositione oblata pro parte don Ludouici Sanchez & Torrellas princ. Petri Tormon proc. præstita prius per partes respectiue cautione forali, cęteri propositionibus reiectis, & repulsis, reseruati iuribus reseruari suplicantibus. Neutram partium in expensis condemnando cætera supplicata locum non habere. EX eo & alias inominibus bonis prædicti don Ludouici Sanchez propositio recipitur & Illustris don Michaelis de Gurrea & Sanchez Marchionis de Nauarrens repellitur quoniam

niam constat vtrumque maioratum tam à Grabiele Sanchez, quam à Ludouico Sanchez, & domna Maria de Toledo coniugibus erectos, agnatitios esse, & ex consequenti, don Ludouicum Sanchez tanquam descendentem masculum ex masculo per quem agnatio conseruari valet, potiorem esse debere don Michaele de Gurrea,& Sanchez ex fæmina descendente, mediante domna Ana de Torrellas eius matre, de primo maioratu à Gabriele formato, quod sit agnatitius probatur ex varijs clausulis eius testamento, & ordine literæ seruato, sunt quæ sequuntur, Quod, Præsens maioratus sit perpetuus, Quod illius bona ne profiliarum dotibus (exceptis pensionibus censualium ad certam summam tantũ proprietate integra manente) alienari nõ valeant, Quod ædes principaliores in quibus tam in honore quam incommodo principalis substantia maioratus ac defuncti memoria consistit adeo vinculatæ sunt, vt viduitas admissa non sit nisi indimidia domo tantum, & solum eo cassu quo inter cõtrahentes intabulis nuptialibus expressatum sit vel in testamento à marito vxori legatum viduitatis relictum, Quod quilibet in maioratu successor preceptum præcissum ferendi nomen, & arma de los Sãchez, sub pæna amissionis bonorum habet, Quod successor debeat semper esse masculus, fæminis expresse exclussis, & natu maior, & primogenitus, quod debeat esse de legitimo matrimonio procreatus taliter, quod legitimatio Pontificia, aut regalis prodesse non possit, Quod non sit religiosus, nec in sacris constitutus clericus, Quas conditionis generaliter, & ferre in omnibus substitutionibus à testatore appositam in clausula contentiosa repetita fore apparet, & eas conditiones, licet non quilibet de per se, sed simul coniunctas maioratum agnatitium constituere, & coniecturas agnationis eficaces fuisse, in tribunalibus huius regni, & exterorum pluries iudicatum vidimus ex predilectione maxima, & personalissima dispensatione filiæ maioris Ludouici, & domnæ Marie de Toledo, vt non obstante, quod esset femina in maioratu succedere posset, ex inmediata post eam vocationem filij maioris dictæ neptis, dum tamen masculus esset, & cum præcepto illo precisso ferendi nomen, & arma de los Sãchez, quod quia aproauo Martino appositũ est præfortissima ac valida cõiectura agnationis à doctoribus reputatur, ex inmediata iterum, & infuturum apposita regula generali in fine clausulæ Contentiosæ in illis verbis, *Y de aqui adelante no puedan suceder sino varonee, y no hembras*, Quæ ex antecedentibus, & subsequentibus inmediate ad nostram clausulam intelligi non possunt nisi de masculis descendentibus ex masculis, in quibus Ludouicus, & Gabriel frater respectiue, quilibet suo cassu, & horum successores masculi de maiori in maiorem, & de vno in alium vocati sunt, vt dicere valeamus hæc omnia in clausula Contentiosa repetita esse, & sic quod in ea præter supra delatas cõiecturas agnationis illę quę deducuntur ex illis verbis de maiori in maiorem, & de vno in alium scilicet, *De vn varon, en otro varon*, Similiter repetitę censeantur, sic illa verba, *Y de aqui adelante no puedan suceder en el dicho maiorazgo, sino varones, y no hembras*, Intelligantur, de vno masculo in alium masculum ex masculo descendentem, excluso masculo ex fæmina descendente, his ad stipulantur verba clausulæ septimæ testatoris Gabrielis, Ibi: *E faltando lo que Dios no mande todos mis fijos, y descendientes dellos masclos por linea masculina*, & verba clausulæ octauę, Ibi: *Y en defecto de todos los dichos mis fijos, & descendientes dellos por recta linea masculina y femenina*, Quæ verba licet conditionalia sint, quia tamen generaliter de omnibus cassibus antecedentibus agunt, vt ex illis satis clare apparet, antecedentes, & actiuas dispositiones, & sic mentem testatoris satis declarant igitur illa verba: *Y de aqui adelante no puedan suceder en el dicho Mayorazgo sino sea varones, y no hembras*, Masculum ex fæmina excludunt, & maioratum agnatitium important ac per consequens exclussionem Illustris. don Michaelis de Gurrea & Sanchez Marchionis de Nauarrens operantur, nec tales coniecturę (ex quo in testamento reperiuntur, & oculis corporis leguntur) statuto nostro, quod stã-

dum ſit cartæ contradicunt, ſtatuta etenim de ſtando cartæ, interpretationem paſsiuã de iure ſemper admittunt, & ſolum remouent extrinſecam non vero intrinſecam ſine qua veritas elici non poteſt, nec quid teſtator ſenſerit intelligi. Vnde cum in præſenti maioratu in ſucceſſoribus, neptis teſtatoris (qui noſter eſt caſſus) tot conditiones adeo præciſſasſeruatas eſſe voluit Gabriel prædictus, quia tamẽ quid importare deberent, non expreſsit, ne fruſtra appoſitas eſſe dicamus ad effectum ſeruãdi teſtatoris voluntatem, & quid huiuſmodi verba importent ad iuris interpretes recurrere neceſſarium erit. Cum ergo ſecundum eos, & tot rerum iudicatarum autoritatem prædictę conditiones maioratum agnatitium faueant, & maſculos ex maſculis admitãt, & maſculos ex fæminis excludant, ea propter Illuſtrem Don Michaelem de Garrea, & Sanchez excludendum fore arbitramur. Nec quod teſtator in defectu Ludouici filij, & deſcendentium maſculorum ab eo filiam maiorem Ludouici, & domnæ Maria de Toledo vocauit, & eam filio Gabrieli prætulit agnationem excludit, quia ex dictis ſupra in contrarium retorquetur, cum eaque perſonalia ſint, & quę ob particularem ac ſpecificam rationem introducta ſunt, non debet in conſequentiam trahi non obſtat denique Gabrielem teſtatorem in præſenti maioratu plures fæminarũ vocationesfeciſſe ac per cõſequens excluſſam cenſeri agnationem. Nam reſpondetur in caſſu contentioſo dempta prędilecta nepte, & in antecedenti, & immediate ſubſequenti maſculos cum expreſſa fęminarum excluſsione vocatos reperiri, & quod in alijs ſubſtitutionibus fæminas vocauerit teſtator, non tamen per prius; ſed per poſterius in defectum ſcilicet maſculorum non per hoc agnatio, in noſtro caſſu, ſublata cenſebitur, cum poſsit teſtator in vno gradu & ſubſtitutione agnationis rationem conſiderare, in alijs eam excludere, & hæc de maioratu a Gabriele Sãchez erecto. Recipitur autem propoſitio dicti Don Ludouici Sanchez ſuper bonis primo loco, apellitus præſentis apprehenſionis confrontatis. Quia conſtat etiam prædictum maioratnm a domno Ludouico Sanchez, & domna Maria de Toledo erectum agnatitium eſse. Primo ex eiſdem motiuis de quibus in maioratu Gabrielis. Ex quo fundatores maioratus in eorum teſtamento ad Vincula teſtamenti Gabrielis relatiuè ſe habent. Secundo quia omnes ferre cõiecture, quæ agnationem operantur hic reperiuntur, vti ex lectura teſtamentorum apparet. Propterea ex clauſula illa conditionali. *Y en caſo que todos nueſtros hijos varones murieſſen ſin hijos, o hijo varones por recta linea maſculina*, abſq; eo quod obſtet, non in actiuis diſpoſitionibus; ſed incõditionalib' appoſita eſse. Quia ex cõditionalib' declarari poſsũt actiue diſpoſitionis, prout hic, cum ad eaſdem perſonas tendãt: Ac denique ex verbis. Como dicho es, in eadem clauſula appoſitis, quæ cum generaliter proferantur, ſine reſtrictione literæ ad caſum tantum ferendi nomen, & arma referri non poſsunt, ſed ad omnes de quibus antecedenter locutus fuerat teſtator. Nec obſtat hunc maioratum tanquam erectum ſimul à viro, & vxore, agnatitium eſse non poſse. Quia reſpondetur predictam doctrinam (& ſi admittenda eſset) noſtro caſui adaptari non poſſe, cum locum non habeat quando fęmina agnationem mariti contemplatam eſse voluit in maioratus erectione quod in præſentiarum factum fuiſse ex ſupradictis arbitramur. Propoſitio don Ioannis Bernardini Sanchez Torrellas, & Bardaxi pupilli repellitur. Ex eo quia conſtat cum tempori mortis don Ioannis de Torrella horum maioratum vltimi poſſeſsoris, nec natum nec conceptum fuiſse, & cum huiuſmodi maioratus reſtitutorij ſint, & vnus poſt alium ſtatim ſuccedere debeat (quia impendenti ſtare non poſsunt) cum onere ferendi nomen & arma de los Sanchez, huiuſmodi fidei comiſſa, vt vinculantium diſpoſitio locum haberet in don Ludouicum Sanchez, qui ſolum erat illo tunc capax, & proximus ad ſucceſsionẽ in eum lex (cui forus non contradicit) iure fidei cõmiſsi abſoluti prædicta fidei commiſsa trãſtulit. Non obſtat dictum don Ludouicum ius ſibi delatum, non ſtatim mortuo don Ioanne acceptaſse, ſed illo tunc, quo iam con-

conceptus erat don Ioannes Bernardinus videriq. suo met facto, culpa, ac negligentia, in non facta prius declaratione sibi præiudicium irrogasse, & pupillo iam concepto, tanquam primogenito Comitis viam succedendi aperuisse, quia responderur prędictam dilationem ius ad prędicta fidei comissa petenda don Ludouico non nocere, & ratio est quia iuris sibi quæsiti post mortem vltimi possessoris renuntiatio nulla facta apparet, quæ cum odiosa sit & ad probandum iure sibi quæsito tendat præsumi non debet, præcipue in casu præsenti ex quo verbis, & factis don Ludouici contrarium constat volentis, scilicet sibi eum effectu horum maioratum dominium irreuocabiliter acquiri, nec obstat personam don Martini de Bardaxi egregij Comitis de Castelflorit pro illo tunc, quo don Ludouicus non declarauit suam voluntatem ad fauorem filij post concepti, possessionem horum maioratum retinere potuisse, quia respondetur prædictum Comitem huius possessionis quo ad sui, & pupilli commodum, in capacem fuisse, nam cum huiusmodi maioratus restitutorij, & absoluti sint ita, vt vnus post alium, statim succedere debeat cum illo onere ferendi nomẽ & arma de los Sanchez sub pena amissionis bonorum, & hæc non ferebat Comes, nec tempore mortis don Ioannis, nec post sed solum nomen, & arma de Bardaxi, inde sequitur prędictum Comitem, incapacem possessionis fuisse quoad sui, & filij commodum, quia pręcepto vinculantium non obtemperabit, ac per consequens possessionem à morte don Ioannis vsq; ad natiuitatem filij primogeniti conseruare non potuisse, nec per mortem don Ioannis in horum maioratum successione Comiti nouũ ius natum fuit, nam eo ipso, quod viuente don Ioanne in huius renitentiam ex fidei commisso absoluto electionem fecit prædicti maioratus de Bardaxi prædictus Comes ab illo tunc quoad successionem horũ maioratuũ de los Sanchez pro mortuo habitus fuit taliter, quod mors don Ioannis ei aliquod ius tribuere non potuit, nec Comiti noua causa nata fuit cum eadem quæ erat tempore dicti don Ioannis incompatibilitas, scilicet maioratuum de Bardaxi, & los Sanchez, eadem etiam mortuo don Ioanne duret quorsum ergo Comitem iam pro mortuo habitũ, interpellare debebat don Ludouicus certe frustra, cum absq; effectu procederet, & si facta fuisset, nec quod maioratus de Bardaxi quem hodie possidetComes, quia litigiosu; est illud operatur vtrunq; sustinere posset, ad exemplum duorum beneficiorum incompatibilium. Nam respondetur tempore electionis à Comite factæ non fuisse litigiosum prædictum maioratum de Bardaxi, nec litem postea natã prodesse Comiti potuisse, quia mortuo don Ioanne ex eiuslinea persona capax ad prosequendam litem non remansit tum etiam quia sibi imputare debet Comes cum poterat eligere maioratum de Sanchez, & electionem maioratus de Bardaxi facere voluit, per quam expresse omne ius, quod habere poterat ad maioratum de Sanchez renũtiauit, vt ex dictis supra satis apparet. Propositio dictorum don Martini de Bardaxi, & domnæ Annæ Martinez de Marzilla Comitum de Castelflorit iure viduitatis oblata super bonis primo loco in fine appellitus præsentis apprehensionis confrontatis recipienda venit. Ex eo quia constat de matrimonio dictæ domnę Annæ & don Ioannis de Torrellas, ac de possessione bonorum dicti don Ioannis, & de eius morte, per quam viduitas dictæ domnę Annæ etiã si bona vinculata essent iuxta forales dispositiones effectum sortita fuit. Non autem mandatur fieri contenta in eadem propositione dictorum don Martini, & domnæ Annæ respectu bonorum secundo loco in fine dicti appellitus apprehensionis confrontatorum, ex quo testator Gabriel in ędibus per eum vinculatis viduitatem aliquam, nec foralem admisit nisi in dimidia ædiũ parte tantum, & hanc quando in capitulis matrimonialibus inter contrahentes actum fuit, vel si in testamento à marito vxori legatum viduitatis relictum fuit, quorum alterum factum non fuit inter contrahentes mandamus fieri contenta in propositione oblata pro parte Iuratum loci de Muniessa prin. Lupertij Arcaine proc, quia constat de possessione iurium contentorũ

in

in propositione per eos oblata. Reijciūtur autem propositiones iure crediti oblatæ tam pro parte Elisabetæ apprehendentis quam Petri Gan quia constat prædicta bona apprehensa vinculata esse sicq; in eis dō Ioannem de Torrellas hipotecam constituere non potuisse, nec obstant tandē quæ de isolemnitatibus testamentorum opponuntur, quia etsi de illis constaret (quod hic decidere opus non est) respondetur tamē partes super dominio contendentes prædicta testamenta impugnare non posse tum quia ab ipsis ad finem suæ inclusionis exhibita sunt tum etiam quia horum maioratuū succesio inter successores vinculantium iuxta prædicta vincula, & testamenta regulata semper fuit. Ac deniq; quia pluries in his tribunalibus producta cum illis iudicatum fuit, quod vltimum, & quia exceptio insolemnitatis opposita non fuit creditoribus qui in præsenti processu propositiones obtulerunt nocere debet aliæ vero propositiones reijciuntur, vel quia non probarūt aut non publicarunt, & alias. Attentis Contentis, &c.

Sig ✝ num mei Ioannis Martini de Mezquita scribæ principalis Curiæ Domini Iustitiæ Aragonum & eius Camaræ Consilij Secretarij Ciuis Ciuitatis Cæsaraugustæ aucthoritateque Regia per Vniuersam terram, & dominatione Maiestatis domini nostri Regis, publici Notarij, qui huiusmodi vota, & motiua à libro motiuorum dicti Consilij, de anno præsenti millesimo sexcentessimo vigesimo nono, vbi continuata existunt, fideliter sumpta, & collationata extraxi, in quorum omnium fidem, & testimanium præmissorum, more solito signo, signaui constat de suprapositis, vbi legitur. Filium masculum ipsius viuentem, & post eum, & cum in Marchione residat prædicta qualitas lineæ, præferendus est, quia linea in qua intrauit successio, &c.